



Joßzeit Carmina.

Vol. I

~~Bl. 490-491.~~

A. IV. 74 Quart.

Carmina in nuptiis  
&  
Carmina in nuptiis



38 21. a.  
ACADEMIA JENENSIS

VIRO

*Plurimum Reverendo & Clarissimo*

Dn. M. ANDREÆ  
CHRISTOPHORO  
SCHUBARTO,

Facultatis Philosophicæ quondam in  
hâc Academiâ Adjuncto, nunc Hallis Saxonum ad D.  
Mauritij Pastori & Gymnasij Inspectori, &c.

&

*Virgini Lectissima*

CHRISTINÆ ANDREÆ,

*Reverendi quondam Viri*

Dn. THOMÆ ANDREÆ,  
Glauchæ ad D. Georgij Past. vigilantissimi b. m. relicte  
Filie

*Faustum & felix Conjugium apprecatur*

D. IIX. Febr. Anno M. DC. LIX.

*Addita sunt etiam quædam Epithalamia Hallensia.*

*Hale Sax.*

Typis Christophori Salfeldij.

27

**C**astus amor vibrat tædas, fulgētqve coruscō  
lumine, signa ferens prospera sanctus Hymen:  
Dum, *Vir sancte*, Tibi jungis fœdere nympham  
æternō, inque manum Sponsa pudica datur.

Gana Fides Pietasqve polō descendere visæ,  
Lætitia, & Rîsus, candida Paxqve simul,  
Vocibus acclamant lætis, plausuque secundō,  
Et recinente lyrâ cealica vota ferunt,  
Quis non connubij felicia fœdera dicat,  
Quæ Cœli jussu condecorâre Deæ?

*Amico veteri, sincero, & constanti scribebam,  
cum votō omnigenæ prosperitatis*

Casparus Posner, M. Phyl. Prof. Publ. ordi-  
narius, & Academiae designatus Rector.

*Ad admodum Reverendum & Clarissimum*

**Dn. M. ANDREAM CHRISTOPHORUM SCHU-  
BARTUM**, Pastorem ad D. Mauritij & Gymnasij Inspectorem  
Amicum & Fratrem suum in Christo honoratum,

**I**n **DOMINO** fiant sacra festa, & vincula vera  
Conjugij, ut constans sit sociatis amor.

Quare conjugium vestrum, sit **NUMINE** dante  
Felix, ut veniant commoda multa thoro!

Benevolentiae testandæ causâ faciebat

**Christianus Chemnitius, SS. Theol.**

D. P. P. Pastor & Superintendens.

In nuptias

*Viri perquam Reverendi Clarissimiq;*

**Dn. M. ANDREÆ CHRISTOPHORI SCHUBARTI,**

Pastoris Ecclesiae Hal. ad D. Mauritij vigilantissimi ac

Gymn. Inspect.

*Cum lectissima Virgine*

**CHRISTINA ANDREANA**

**C**hristus propitius, quem Nomina Vestra loquuntur,  
Sit dos Conjugij, nil mihi major adest.

Singulari

*benevolentiae testandæ eum omnigenæ prosperitatis adprecatione*

Jenæ mittebat

**Joh. Ern. Gerhardus, SS. Th. D. & Prof. Publ.**

Quàm vellem multis! Sed quæ olim larga fluebat  
Vena in carmina, & haut prestanti, de-que-precanti,  
Laurum temporibus peperit, jam exaruit omnis.  
Cum Sponsa Sponsus feliciter exigat ævum!  
Omnimodè thalamum ditet benedictio Jovæ!

*Sinceriori cordis affectu fundeb. in Ep. & Ep. & Ep. & Ep.*

Philippus Horst/P.P.Facult.Philos.  
& totius Acad. Salanæ Senior.

*Ad*

Per-Reverendum & Clarissimum

*Virum*

Dn. M. ANDREAM CHRISTOPHORUM  
SCHUBARTUM.

Templi Mauritiani, quod Halæ est, Archi-Pastorem, & Illustris Gy-  
mnasij ibid. Inspectorem uti gnavissimum, ita gravissimum

SPONSUM

Quàm vellem mactare Tuas Epigrammate Tædas,  
Si prompta & facilis vena mihi flueret.

Ne tamen absq; meo socialia fœdera votò

Suscipias, votum perbreve condo Tibi:

Conjugium sit tale Tuum, sibi quale peropræ,

Qui cupit ex voto vivere conjugium!

*Castus amor castam sibi castam poscit; at istam  
Castis das precibus non nisi, caste DEUS.*

Boni ominis ergò additum à

Johanne Zeisoldo Prof. Publ. Honorar.

Publica dicendi libertas, Docte Magister,

Sit mihi, fac liceat nunc agè pauca loqui:

Actus adest, summi quò conciliantur honores

Conjugij, duplici jure Magister eris.

Quid? Tibi Philogame concessit & ipsa caterva

Jura Facultatis, ritè creare queas:

Ritè creare queas summo de jure Magistræ,

Ipsè Decanus ades, Laurea ferta dabis;

Sel

Sed nulli confers nisi Sponsæ, candida vestis,  
*Annulus & seruum jam modò dantur huic.*  
 Ergò, mihi cum sis nuper gratatus amanter  
*De summo sophia jure & honore, gradu:*  
 Nunc ego nec, fas est veluti, desistere dignò  
 Possum, (ut tale sit id!) gratuler ecce! metrò.  
 Heus agè! ne cesses, Sponsæ brabeja suävi  
 Digna feras, quibus est digna, *Dec ane, Turæ.*  
 Sic, mihi sic credas, fiet cum laude *Magistra*  
 Sponsa, simul *duplici jure Magister eris.*  
 Hos beet ex alto, (rata vota!) *supremus honores*  
*Philogamus, rictulus det nova fausta novus!*

*Ita ominabatur Fene, cum Laureâ ibidem donaretur;*

M. Caspar Forbiger,  
 Aurobachia Variscus.

**Q**uod fuit in fatis Sponsa rata fata dederunt,  
 Quod fuit in votis Sponsæ rata vota tulerunt.  
 Hoc fuit in fatis, Sponsam cum virgine bellâ  
 Jungi, quo sua non sociâ plus vita careret,  
 Hoc fuit in votis, Sponsam conjugier almo  
 Lecti presidio, post hac ne sola quiescat.  
 Hoc fatum, votum, factum, res optima sanè:  
 Quæq; duos uno similes hic jungit amore.  
 Ambo Sacerdotum prognati stirpe sacratâ:  
 Filia Pastoris, Pastoris Filius hicce est.  
 Ambo pares: Mirum! non mirum: sic voluere  
 Fata, suo paritem que jungunt semper amicam.  
 Gratulor, ut genere, pariles fiatis amore:  
 Sic pia vota beans, mala quevis Fata repellat.

Ita quondam Hospiti suo venerando gratulati voluit

Arnoldus Bötticher.

Reval. Livon:

*succedunt vota Hallensia ultro oblata.*

**C**onjugium ut felix in eas, hoc regula poscit;  
 Aptè si gestis nubere, nube pari:  
 Nempe pares fausto junguntur fidere: dispar  
 Junctorum genius, pessima quæq; parat.

Hoc

Hoc secum reputans Sponsus sibi jungere Nuptam  
 Nititur ingenio progenieq; parem.  
 Est Sponsus Pastor, Pastoris Filius idem.  
 Blandula Pastoris Filia Nupta p̄i:  
 Christophori Sponsus, Christina Sponsa, sacрати  
 Fluminis augurio, nomina pulchra gerunt.  
 Andreas Sponsus; quid Sponsa; *Auspeix*: Virago  
 Nomine sicq; pares, omine sicq; pares.  
 Si formam spectes, paritas suavissima: vix sol  
 Ut queat ipse magis sic reperire pares.  
 Huic pari quis non faustissima quæque precetur,  
 Et parili effectu singula fausta velit?  
 Alma proinde thorum pax cingat, amœnaque mensam  
 Progenies, vitam continuatus Amor!  
 Crescat honor. Postque invidiæ mala nubila Phœbus  
 Ascendat clarus, tristia fata premens  
 Hæc precor ex animo pari huic: DEUS omnia firmans  
 Demandet votis pondus inesse meis.

*Johannes Gottfridus Brunner:*

*Generosiss. Com. Mansfeld. à confessionib. Diaceseos  
 Schrapeloviensis Decanus & Past. r.*

**W**er glücklich freyen wil der nehme seines gleichen/  
 Wil er das rechte Ziel / den süßen Zweck erreichen  
 Der Fried und Freuden giebt gewünschte Lebenszeit  
 Und das was stets beliebt ohn alle Traurigkeit.  
 Zwey ganz ungleiche Ross nicht wol beysammen spannen /  
 Das eine reißt sich los das ander leußt von dannen /  
 Wo aber gleichheit ist / da gehet alles wol  
 Da seind ohn arge List sie beide freuden vol.  
 Dis haben wol bedacht Herr Schubarts hohe Sinnen/  
 Drumb Ers auch recht gemacht / Ein solch Bild zu gewinnen/  
 Das Ihm an Frömmigkeit am Stand und Nahmen gleich  
 Von Zucht und Erbarkeit viel Tugend Ehren reich.  
 Er als ein Priester kömt aus Priesterlichen Stande/  
 Die Braut die Er sich nimt in seinem Vaterlande/  
 Ist eines Priesters-Kind / von frommer Priester Art:  
 So seind sie eins gesint / so seind sie wol gepaart/

Des

Des Nahmens schöne Zier mit Edler gleichheit stimmte  
 Andreas Andrein / Christoph Christinen nimmet  
 Macht aus der Andrein nun eine Schubartin  
 Sie giebt mit gleichen Sinn/den Nahmen willig hin.  
 Wol dir / o Edles Paar. Dich müsse stets bedecken  
 Viel lange Zeit und Jahr/weit über dich erstrecken  
 Des friedens Palmen-Laub/der Lieb und Einigkeit  
 Ohn trüben Unglücks-Staub/ des Himmels Gütigkeit.  
 Der Kinder Oelebaum soll deinen Tisch umgeben  
 Bis er voll ohne Raum/dein Liebe volles Leben  
 Sich strecke weit heraus: Preis ehren grüner Saft  
 Erfreue stets dein Hans mit neu erfrischter Kraft  
 Und wenn der grimme Neid nun einst hat ausgetobet/  
 Wenn Laster-Zungen Streit / so balde schilt und lobet  
 Was doch nicht lobens werth/nun mehr darnieder liegt/  
 Weil beyden das beschert / was Gottes Rath gefügt.  
 So scheine fort und fort dir seine gnaden Sonne  
 Das du nach seinem Wort des Herzens Trost und Wonne  
 Beysammen lebest nun viel lange Zeit und Jahr/  
 In hoch erwünschten Thun/ du herrs verliebtes Paar.

Als solches von Herzen wünschet  
 In Getreuer Beständigkeit Pygius.

**A**rtifices omnes magno sudore laborant,  
 Natis, Natibus prospicere & viduæ.  
 Si natam ducas, viduam, natusve, Magister  
 Mox eris: ast si non mensis & annus abit  
 Schubartus prudens imitatur, mystaq; mystæ  
 Filiolam ducit, consociatq; toro.  
 Notetur praxis. Non est opus eis *εἰς γένος ἄλλο*  
 Accedens tædas prosperet altra regens.

M. Tileman Olearius.

Ad





Ad pl. Rev. Dn. Sponsum.

Ὁς σοὶ θυμασῶς ἀλόχον χαρμᾶσαν ἔδωκε  
Δῶν τῷ θαλάμῳ φίλτατα τέκνα θεός.

Chronodistichon continens annum nuptiarum.

**Q**uos Deus orbat. ConilluXli ut auctor In orbe  
Non robustus homo, neX poterit rapere.

Nomina Neonymphorum idipsum tempus complectentia.

Magister Andreas Christophorus Schubertus Sponsus

Novus est, & Ita Pater quoque Is futurus.

Christina Thomæ Andree Filia Sponsa nova est.

Herr Magister Andreas Kriestoff Schubert Liebet Ieko.

Herrn Thomæ Andree Ehe Pflanze Christina Ist selne Braut.

*Versus Rhopalici.*

<b>E</b> n ita	Sponsorum	cognomina	penficulantur,
Quos modò	conjunct	moderator	conjugiorum,
Et simul	excellens	Hymenæus	percelebravit.
Sed quonā	potero	conamine	gratificari
Cum doctis	labiis	Neonympho	concupiendo?
Cum claris	† oculis	Neonymphæ	conspiciundæ?
His molli	sonitu	modulabor	dexteritatem,
His voto	calido	meditabor	prosperitatem,
Et ritu	gamico	solennia	continuabo.
Quæ bona	cernuntur	Neonymphis	exhibeantur!
Quæ mala	nascuntur	radicitus	annihilentur!
Pax adsit!	valeant	certamina	terrigenarum!
Hoc opto.	veniant	donaria	divitiarum:
Hoc opto.	maneant	bellaria	deliciarum!
In cruce	queratur	celssissimus	auxiliator.
Pro tali	thalamo	Deitatem	sollicitabo,
Ut benè	Jucundis	Sociatis	provideatur,
Et proles	veniens	Schubartia	multiplicetur!

† juxta hexametrum:  
Sunt oculos clari qui cernis  
sidera tanquam.

*Honoris & amoris ergo f.*

M. Michael Heller P. Xen.

& Adj. Mauritz.

Magi-

682 488 863 1151.  
Magister Andreias Christoph Schubartus, 3184

Per

*Anagram. Mathemat. Num. Triang. unâ cum Monade.*

61 339 61 298 238 330 479  
Je länger / Je lieber; Laß Neider Hinfahren /

510 381 88 145 157 98  
zu Paaren; Ich liebe doch dich. 3185,

Sonnett:

**W**As von der Litter fehr sonst sey zu glauben/  
Das laß' Ich jedem heimgestellet seyn/  
Sie trifft manchmal / doch ohngefehr / nur ein;  
Der Wahrheit Ruhm kan Sie Ihr nicht zuschreiben/  
Hier Fehlts Nicht; Es sey denn / ders zutreiben  
Ihm vorgesetz / die Sach nicht recht versteh'  
Der Zahl proportion falsch übergeh;  
Der Sternen lauf Muß auch nicht aussenbleiben.  
Herr Schubart selbst bezeugets mit der That  
Was sonst sein Nam verdegkt begriffen hat.  
Je länger / Je lieber / hab' Ich dich Mein Ich  
Laß Neider Hinfahren Ich liebe doch dich;  
Laß fahren zu Paaren / Ich wünsche das Ihr/  
Beständig und frölich lang lebet allhier.

Zu Ehren Seinem liebwehrtstem Patron  
setzte dieses eilends

M. T. Keller/  
Mathes: Cultor,

F I N I S.



llr,  
59.

llr,  
70.

72.  
71  
C

llr.  
72

>





38 21.  
ACADEMIA JENENSIS

VIRO

*Plurimum Reverendo & Clarissimo*

Dn. M. ANDREÆ  
CHRISTOPHORO  
SCHUBARTO,

Facultatis Philosophicæ quondam in  
hâc Academiâ Adjuncto, nunc Hallis Saxonum ad D.  
Mauritij Pastori & Gymnasij Inspectori, &c.

&

*Virgini Lectissima*

